

deliberaverant et avisamenta per eos capta communicare debebant post prandium domino cardinali legato²), et quod necesse erat, quod ipsi domini procuratores similiter super eorum materia adirent ceteros dominos de deputacionibus fidei, pacis et reformacionis, ut omnes domini dictarum deputacionum melius simul concurrent et essent avisati de responsione eis danda, eciam provisione 10 facienda etc... *Die deputacio reformatorii berichtet, sie halte es für gut*, quod deputarentur in causa Treuerensi iudices. Item... deliberaverunt scribere dominis archiepiscopis Coloniensi et Maguntino, quod vellent vices suas interponere... et nichilominus, quod scribatur domino Spirensi, quod velit suspendere processus etc. usque ad duos menses, et quod ambo mittant hic suos ambassiatores vel veniant, et avisabitur de modo pacis tractande.

¹⁾ Ende 1431; s. Meuthen a.a.O. 102.

²⁾ Kardinal Cesarini.

1432 März 22, Basel.

Nr. 108

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator Ulrichs und des Trierer Klerus.

Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 f. 12^{rv}; ROM, Bibl. Vat., Regin. 1017 f. 115^v-116^r (zu den Hss. s.o. zu Nr. 102).

Druck: CB II 63-66.

Erw.: Vansteenberghe 54; Meuthen, Trierer Schisma 110f.

Generalkongregation, in qua interfuit dominus dux protector...¹⁾

P: Item nuncii et ambassiatores domini Spirensis translati Treuerensis, videlicet quidam doctor²) et officialis Basiliensis, habuerunt 5 audienciam plenam, exponendo provisionem factam domino suo per dominum quondam Martinum papam V^{tum}³), et ut melius informarentur domini de concilio de bona iusticia domini sui, legerunt copiam huiusmodi provisionis. Item exhibuerunt bullam dicti domini Martini, per quam dicebant appellaciones interpositas pro parte electi possessoris per dictum dominum Martinum papam fuisse et esse cassatas et annullatas.⁴⁾ De qua bulla et exhibicione eiusdem magister Nycolaus de Cusa decanus Confluenie alter ambassiatorum ipsius domini electi pro et nomine eiusdem et eciam cleri omnis dominii temporalis Treuerensis expresse fuit protestatus. Super quo placuit, quod ambe partes plene audirentur, tam per dominos de deputacione pro 10 communibus quam dominos de pace, et eorum iura et raciones referrent in plena congregacione; et nichilominus pro parte concilii scriberetur dominis Coloniensi et Maguntinensi archiepiscopis, quod vellent interponere vices suas pro concordia inter partes etc.; item dominis contendentibus similiter, quod venirent vel mitterent ad concilium, et domini de concilio laborarent pro pace etc.; item quod scriberetur domino translato et domino Herbipolensi executori in hac parte, quod 15 20 25 30 contemplacione concilii suspenderent processus per duos menses sub spe pacis etc.

R: Item oratores et nuncii domini Spirensis promoti ad ecclesiam Treuerensem, videlicet quidam doctor²) et officialis Basiliensis, habuerunt audienciam, exponendo provisionem factam domino suo per bone memorie dominum Martinum papam quintum³), et ut melius informarentur domini de concilio de bona iusticia domini sui, fuit lecta copia huiusmodi provisionis. Item exhibuerunt bullam dicti domini Martini, per quam dicebant appellaciones interpositas pro parte electi possessoris per dictum dominum Martinum papam fuisse et esse cassatas et annullatas.⁴⁾ De qua bulla et exhibicione eiusdem magister Nycolaus de Cusa decanus Confluenie alter ambassiatorum ipsius domini electi pro et nomine eiusdem et eciam cleri omnis dominii temporalis Treuerensis expresse fuit protestatus. Super quo placuit, quod ambe partes plene audirentur, tam per dominos de deputacione pro communibus quam per deputacionem pacis, et referrent; nichilominus pro parte concilii scriberetur dominis Coloniensi et Maguntinensi archiepiscopis, quod vellent interponere vices suas pro concordia inter partes; item similiter dominis contendentibus, quod venirent vel mitterent ad concilium; item quod scriberetur domino translato et episcopo Herbipolensi executori apostolico, quod contemplacione concilii vellent suspendere processus sub spe pacis usque ad duos menses.

¹⁾ Hg. Wilhelm von Bayern.

²⁾ Der CB II 62 genannte Raynardus Senel, laut Index CB II 634 Fenel (so noch Meuthen a.a.O. 110), richtig: Reinboldus Vener (Bruder des Job Vener); vgl. vorerst Heimpel, Stadtadel und Gelehrsamkeit 425.

³⁾ 1430 V 22; s.o. Nr. 80 Anm. 5.

⁴⁾ 1430 XI 7; Meuthen a.a.O. 92.